

n *Brachij secularis*.] Et ad materiam, an & quando brachium seculare concedere debeat Iudex secularis abique eo, quod de nullitate, vel iniquitate sententiae laica per Ecclesiasticum cognoscat, vide per Natt. eius contil. 159.

* 13 At brachium seculare non potest inuocari, nisi quis prius fuerit excommunicatus, grauat, & regrauat, & ille effectus esse incorrigibilis, adeo quod ecclesia non habet ulterius, quid faciat per eundem, ibid. num. 36. Item cautus esse debet Iudex secularis, a quo per delegatum imploratur brachium seculare, vt videat, an ille sit Iudex competens, nec ne. Nam si erit incompetens, non debet praestare sibi ministerium alicuius obedientiae, uel excusationis, per Bal. & Sal. in l. criminali, C. de iurisd. omn. Iud. & Nat. ubi sup. n. 37. 38. ad idem per Rol. in contil. 37 n. 3. uol. 1. Postremo scias, quod quando Vicarius, seu officialis

num. 12. in fine. Quoad clericos autem nulla est difficultas, quin possit Episcopus eos capere, & in carcerem mittere, etiam sine auxilio brachij secularis, & est communis omnium opinio, vt attestatur Didac. in dicta questione 10. post numer. 2. vers. Quarto non est: & ita quotidie vine.

Episcopi ad utilitatem litigantis petit dictum auxilium, quod debet vti litteris requiritur, non autem preceptoris, sub pena excommunicationis, vt Franc. Marc. de c. 147. part. 1. Et e conuerso brachium Ecclesiasticum pro exequenda sententia iudicis secularis, quando concedi debeat, & quando non, vide Natt. dicto consilio 529. numero octauo Giachar.

Brachij secularis.] Adde, an & quando iudex secularis debeat concedere brachium seculare, & qua requirantur, & quid e conuerso, an & quando brachium Ecclesiasticum Iudici seculari sit concedendum, ut per Natt. in consil. 529. ubi plenè de hac materia tractauit, & qua pena puniatur Iudex recusans praestare brachium seculare, habetur per Menoch. de arbit. iud. lib. 1. cent. 1. casu 452. Baiard.

o Vers. Sed quæro.] Addas Decian. d. c. 26. n. 16. Ros.

QVÆSTIO XXXVIII.

Iudicem loci delicti posse contra quemcumque, qui in suo territorio delinquat, procedete.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Iudex loci delicti an possit contra delinquentem aliis sibi non subditum procedere.
- 2 Et an possit reum punire, etiam secundum statuta ipsius loci delicti. Remissiuè.
- 3 Si sint duo domini eiusdem castri, an si vnus delinquat, possit ab alio puniri.
- 4 Et quid si aliquis delinquat in exercitu vnus praetoris posito in alio territorio.
- 5 Et an in foro penitentiali quis sortiatur forum ratione delicti.
- 6 Et an mandans fieri delictum sit puniendus in loco mandati, vel in loco delicti.
- 7 Et an ratificans delictum sit puniendus in loco ratificationis, vel in loco delicti.
- 8 Et an ratione tractatus quis puniri possit.
- 9 Emitens sagittam in vno territorio, & vulnerans in alio, in quo sit puniendus.
- 10 Delinquens in vna Ciuitate an possit puniri in alia illi federata.
- 11 Et quid si delictum sit commissum in confinibus duorum territoriorum, quis iudex procedat.
- 12 Et quid facere debeat iudex, si reus alleget delictum in alieno territorio commissum fuisse.
- 13 Iudex, coram quo testis falsum deponit, an possit illum punire.
- 14 Et quid si clericus deponat falsum coram iudice laico.
- 15 Et quid si laicus deponat falsum coram ecclesiastico.
- 16 Et an furans rem in vno territorio, & contrahens in alio possit in loco contrahentis puniri.
- 17 Furta commissa in alienis territorijs an computentur. Remissiuè.
- 18 Silaicus committat delictum in ecclesia, ad quem Iudicem cognitio spectet.
- 19 Remissio an fieri debeat ad locum delicti.
- 20 Et quid de consuetudine.
- 21 Et quid si loca sint sub eodem praeside prouinciae.
- 22 Et quid si Iudex, a quo petitur remissio, non habet iurisdictionem procedendi ex eo delicto.
- 23 Et an in leuibis delictis sit locus remissioni.

- 24 Et quid si agatur pro crimine ciuilitate.
 - 25 Et an in curia Romana habeat locum remissio.
 - 26 Et an si agatur de pluribus delictis ab eodem commissis.
 - 27 Iudex laicus tenetur clericum delinquentem remittere ad iudicem ecclesiasticum.
 - 28 Inter duos iudices loci delicti pro eodem crimine procedentes quis sit praesferendus.
- Ex Additionibus.
- 1 Forum ratione delicti quando competat, remissiuè.
 - 2 Iudex loci delicti potest procedere contra delinquentem in loco domicilij absolutum.
 - 3 Forum competit ratione delicti, etiam quod delinquens ex privilegio non possit conueniri pro delicto, nisi coram vno Iudice.
 - 4 Iudex loci delicti punit crimen commissum in mari, suo territorio adiacenti.
 - Et quod ius sit seruandum, ibidem.
 - 5 Et quando possit procedere contra delinquentem privilegium, remissiuè.
 - 6 Cap. 1. de priuil. eg. n. 6. declaratur, remissiuè.
 - 7 Episcopus prohibens, ne quis eat ad monasteria, poterit eundem punire licet ex exemplum.
 - 8 Barones vnus Castri, si administrationem diuidant, & vnus delinquat, an alter puniat.
 - 9 Condominus iniuriatus a suo subdito, non cognoscit de iniuria, sed an socius.
 - 10 Baro habens ciuilem iurisdictionem in vno territorio potest puniri a Condomino habente criminalem.
 - 11 Mandans delictum fieri quomodo puniatur in loco mandati.
 - 12 Mandans, & mandatarius an debeat ab eodem Iudice cognosci.
 - 13 Tractatus punibilis punitur a Iudice loci, in quo factus.
 - 14 Tractans, & mandans differunt, remissiuè.
 - 15 Tractatus quomodo probetur, remissiuè.
 - * 15 Deposito de tractatu non probat actus consummationem.
 - 16 Insultans in vno territorio, & in alio vulnerans, potest ab vtroque iudice puniri.
 - 17 Insultus, & vulnerans quando confundantur.
 - 18 Sagittans in vno territorio, & in alio percussus a quo Iudice puniatur.
 - 19 Decian. in tract. crim. impugnat.
 - 20 Rapiens puellam in vno territorio, & in alio cognoscens, potest vtroque puniri.
 - 21 Mandans in vno loco committi homicidium in alio, vbi cognoscatur, remissiuè.
 - 22 Ratificans in vno territorio maleficium commissum in alio a quo iudice cognoscatur.
 - 23 Arma in vno territorio portans, & in alio vim publicam committens, in vtroque punitur.

Capiens

- 24 Capiens hominem in vno loco, & in alio derobans, in vtroque punire potest.
- 25 Consuetudo potest inducere, vt delinquens in vna Ciuitate puniatur in alia confederata.
- 26 Delinquens in vna Ciuitate an puniatur in confederata. remissiuè.
- 27 Et quid inter Regnum Neapolitanum, & statum Ecclesiasticum.
- 28 Delinquens in confinio duorum territoriorum, si in vno habitet, a Iudice illius puniatur.
- 29 Mortuo reperto in confinio vterque Iudex procedit.
- 30 Delicto commissio in confinibus, quid sit faciendum.
- 31 Iudex lata sententia an possit procedere contra eum, qui falsa coram se deposuit.
- 32 Arbitr non punit testem falsum.
- Limit. nisi Iudex esset arbiter, quis imperium haberet.
- Item, nisi Iudex esset arbiter, quis imperium haberet.
- 33 Iudex, cuius iurisdictionis fuit prorogata, an puniat testem falsum.
- 34 Iudex maior deponens falsum coram minori an ab eo puniatur.
- 35 Testis deponens falsum coram Iudice non suo ab vtroque potest puniri.
- 36 Iudex examinans ad instantiam alterius, potest punire testem falsum, licet non sit iudex causae principalis.
- 37 Iudex laicus an possit imberbi per Iudicem Ecclesiasticum, coram quo cognoscitur de falsitate commissae per Clericum coram laico.
- 38 Iudex ecclesiasticus non punit laicum post sententiam, qui falsum coram eo deposuit.
- 39 Fur potest vbique capi, puniri, & conueniri, vt reu reddat.
- 40 Fur non volens reddere rem furatam, venundatur.
- Quod tamen non seruatur in practica.
- 41 Furtum non remittitur per contractionem pretij rei furatae.
- 42 Furtum per contractionem quando committatur.
- 43 Fur rapiens cum armis in vno loco, & in alio cum re rapta repertus, an vtroque puniatur, remissiuè.
- 44 Statutum, quid pro tribus furis quis moriatur, non procedit in contrahente eandem rem per diuersas regiones.
- 45 Fur transiens cum furto per aliquem locum, potest ibi capi, & puniri, licet non resideat per diem.
- 46 August. de Arm. reprobat.
- 47 Et quid seruetur in Catalonia.
- 48 Fur exponens rem venalem propè cimiterium sit sacrilegus.
- 49 Et quid in fugiente cum furto ad Ecclesiam.
- 50 Barbat. ab impugnatione D. Claro defenditur.
- 51 Iudex Ecclesiasticus potest procedere contra delinquentes in ecclesia ratione sacrilegij.
- 52 Iudex laicus non potest capere laicum delinquentem in Ecclesia, sed Ecclesiasticus debet eum capere, & tradere Curiae seculari.
- 53 Captus per mantellum in hostio Ecclesiae, & offensus extra non dicitur percussus in Ecclesia.
- 54 Vagabundus potest vbique puniri.
- Remissio causae in Regno Neap. non fit, si non constat de corpore delicti, nu. eod.
- 55 Homicida ex animo deliberato nullibi est securus.
- 56 Delinquens in vno territorio, & in alio fugiens, debet remitti ad locum delicti, vel ibi puniri.
- Et contraria consuetudo non valet.
- Inquisitor cuiusque prouinciae potest petere remissionem in causis haeresis a quocunque inquisitore.
- Inquisitores, haeresis omnes sunt legati Summi Pont.
- 57 Inquisitores non subjunt alicui Domino temporali.

- 58 Remissio quando sit faciendâ, & quid requirat remissiuè.
- 59 Remissio cuius expensis fiat.
- 60 Remissio delinquentis in territorio Baronis habentis iurisdictionem in delinquentes in suo territorio priuatim, & annullatim, an debeat fieri ad Baronem delinquentis, habentem iurisdictionem in suos vassallos, etiam alibi delinquentes, remissiuè.
- 61 Inquisitus a Barone, si capiatur a Curia Superiori, an remittatur, remissiuè.
- 62 Remissio debet peti ante condemnationem.
- 63 Iudex post remissionem non potest amplius cognoscere, an delinquerit.
- 64 Delinquens remissus debet puniri secundum leges iudicis, ad quem remittitur.
- 65 Remissio ad locum delicti quare fiat.
- 66 Iudices eiusdem Domini non remittunt delinquentem ad locum delicti, puniuntur de inobedientia.
- 67 Officiales in Regno Neapolitano tenentur capere malefactores, & remittere.
- 68 Latrones stratarum in dicto Regno non remittuntur, sed puniuntur a capientibus.
- 69 Baro habens iurisdictionem in suos vassallos, etiam alibi delinquentes, non tenentur remittere.
- 70 Latro stratarum captus per Regiam Audientiam non remittitur ad Baronem habentem dicta privilegia.
- 71 Curia maior quando remittat ad inferiorem.
- 72 Remissio habet locum etiam inter diuersa dominia.
- Principes remittentes crimina sunt laudandi, Iul. Clar. reprehenditur.
- 73 Remissio debet fieri, etiam quod capiens non haberet auctoritatem capiendi.
- 74 Et an in leuibis delictis.
- Et an in causis ciuilibus, ibidem.
- 75 Et quid seruet Romana Curia.
- 76 Roma est communis patria.
- 77 Papa est Iudex ordinarius singulorum.
- 78 Bannitus ab vna ciuitate intelligitur bannitus a Roma.
- 79 Committens plura delicta, quorum vnus spectet ad Regios officiales, ab ipsis de omnibus cognoscetur.
- 80 Remissiones sunt indistinctae in foro ecclesiastico.
- 81 Ecclesiastica personae omnes subjunt vni Principi.
- 82 Praeuentio quando habeat locum, remissiuè.
- 83 Et quid si Iudices sint sub diuersis praesidibus.
- 84 Et quid si delinquens procurauerit inquiri in Curia, in qua minor pena imponitur.
- 85 Et quomodo probetur, remissiuè.
- 86 Et quid si eadem hora a duobus Iudicibus fuerit formata inquisitio.
- 87 Et quid reus aget hoc casu ne a duobus vexetur.
- Praeuentio non potest allegari, nisi inquisitionem subsequatur a sita citatio.
- 88 Famulus Iudicis delegati si delinquat, per quem puniatur.
- 89 Delegatus extra officium delinquens potest puniri ab ordinario.
- Auctoris consilium.
- 90 Praeuentio non habet locum, quando cunq; iurisdictionis alicui competit virtute privilegij.
- 91 Vassalli Baronum in Regno Neapolitano an, & quando remittantur a Regijs Audientijs.
- 92 Citatus a Regia Audientia, etiam quod notorie constet esse sub Barone, primo comparere tenetur eius privilegium, & fori declinatoriam allegaturus.
- 93 Citatus duobus iudicibus non potest coram secundo, allegante dependentiam litis coram primo, in quo est contumax.



ADDITIONES Ad Quæst. XXXVII.

1 Dicitur est. Vide Decian. tomo primo crimin. libro 4. capit. 17. 18. 19. Ros. Dicitur est de iudicis competentia. Adde ad hanc regulam, quod foris quis sortitur ratione delicti, plures ampliaciones, & limitationes per Duen. in reg. 378. & Decian in tractatu crim. tomo primo, libro quarto, capit. 17. per totum.

2 Item adde, quod iudex loci delicti poterit procedere contra delinquentem, etiã quod fuisse condemnatus, siue absolutus in loco domicilij, siue originis, vt per Viu. commu. opin. 420. num. 4. volum. 1. sed vide, quæ positi infra, in quæst. 57. versicul. scias etiam.

3 Item adde, quod ratione delicti quis sortitur forum loci, in quo deliquit quamuis haberet priuilegium, quod etiam ratione delicti non posset, nisi coram alio Iudice conueniri, cap. 1. & ibi Doctor. de priuileg. in 6. & in cap. fin. de foro compet. quamuis Bald. in l. r. & authent. & ibi posita, C. vbi de crim. agi. oper. contrarium sentiat, & male secundum Paul. de Cast. & alios in d. authent. & Bero. in col. 172. nu. 1. vol. 3.

4 Item adde, quod iudex ratione delicti poterit punire delictum commissum in mari, territorio suo adiacenti, Bartol. in l. 1. C. de Class. libro 11. Marfil. in l. fin. nu. 3. de iurisd. omn. iud. & Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 17. nu. 29. & vbi agit de delicto puniendo facto in mari, vel in insula, vel in litore, vel portu est obseruandum ius consuetudinarium illius maris, in i. a. vel portus, per text. notab. in authent. de usu nau. §. fin. & Capol. de ser. rust. prædio. cap. 26.

5 Item adde, an, & quando ratione delicti priuilegiatus amittat priuilegium, siue exemptionem, & puniri possit a iudice loci, in quo delictum commissit, latè per Couar. præct. quæstion. cap. 1. nu. 6. vbi habetur etiam de intellectu, cap. 1. de priuileg. in 6. & per Decian. in tractatu crimin. tomo 1. lib. 4. cap. 17. num. 30. & 31. & c. 28. Feder. de Sen. conf. 2. incip. statuto Episcopi.

7 Item adde, quod Episcopus, qui post constitutionem editam contra euntes ad monasteria, poterit punire eum ad monasteria, etiam exemptum, Gemin. in c. 1. §. fin. de stat. regul. in 6. & ibi dicit, ita tenuisse Lupum. Baiard.

b Iudex loci. Et est ratio, quia locus delicti, de iure est locus principalis, in quo punitio fieri debet: ad eum enim iudex domicilij remissionem facere debet, dato quod in cognitiõne præuenisset, Authent. si verò criminis, & in corpore vnde

QUÆST. XXXVIII.



Dicitur est de iudicis competentia, ratione personarum, & causarum, nunc de loco delicti videamus. In hoc autem indubitata est iuris conclusio, quod iudex loci, in quo commissum est delictum, potest contra delinquentem procedere etiam, quod ille alius non sit iurisdictiõni suæ suppositus, eumque condemnare, & punire. Et hoc receptum esse affirmat Didac. præct. q. 11. num. 3. & dixi infra q. 84. in princip. vbi etiam dixi, an possit illum punire solummodo secundum dispositionem iuris communis, an autem etiam secundum statuta ipsius loci.

Quero, pone, si sint duo domini vnus castri, qui diuidant administrationem inter se, & vnus eorum delinquit in iurisdictione alterius, nunquid poterit ab alio puniri? Respond. quod non: ita tenet Bar. in d. l. inter tutores, post nu. 6. ff. de adm. tutorum, & est communis opin. vt dicit Gaspar. Valas. in repetit. limit. perum, post num. 186. vers. ex supradictis inferitur, ff. de iurisd. omn. iud. Hoc etiã esse commune dictum, attestatur Fel. in cap. prudentiam, nu. 4. de offic. delegat. Nam (vt cõmuniter dicitur,) Par impa-

sumitur, C. de adulter. Nec potest iudex originis cognoscere, an inquireret de delicto commissio per subsidium extra territorium; secundum Ojrad. in l. cunctos populos, C. de summa Trinitate, Iacob. de Beluis. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. in titulo de compet. iud. addit. incip. antequam extraneus, Baldus in l. 1. Cod. de adl. act. & est magis communis opin. vt per Socinum in l. a. Diuo Pio, §. sententiam, numero 16. ff. de re iud. Grammat. detif. 26. uumer. 9. & 11. Et si iudex originis habet reu in carceribus suis, tenetur remittere eundem ad iudicem loci commissi delicti, vt sentit Gloss. in cap. pastoralis, de re iudic. & not. Scribentes in Authent. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet. Guiot.

Quero etiam, pone, quod aliquis delinquat in exercitu Mutinensi, tunc posito in territorio Bononiensi, nunquid poterit puniri a Prætoro Mutinensi exercitus? Respõ. quod sic, ita tenuit Mar. Sili. in l. cunctos populos, C. de summa Trinitate. & est commune dictum, vt ait Corsett. in repetit. Abbatis, in verbo, Iudicis incompetentiã, in 33. limit. Ita etiã tenere Doctor. attestatur Bald. in l. 3. num. 3. ff. de offic. presid. & in d. l. cunctos populos, nu. 24. in fin. dicens, quod ita est de generali consuetudine, & ante eum ita etiam seruari de consuetudine dixit Bart. in ead. l. cunctos populos, nu. 46. Idem attestatur Grammat. super constituto Regni, fol. 64. numer. 6. & 7. Potest enim vniuersitas prorogare iurisdictionem, & exercitum in hoc habetur loco vniuersitatis. Et in hoc proposito non est omnimoda mirabilis decisio facta per Senatũ contra quendam Ioann. Ruffam, militem cataphractũ, qui dũ esset hospitatus cum eius comitatu in ciuitate Papiæ, commissit homicidium super territorio Placentino, & conclusum fuit, q. licet ipse nõ esset subditus Ducatus Mediolani, neque rone originis, neq. rone domicilij, neq. rone delicti, nihilominus poterat tanquã subditus rone militie puniri, iuxta ea, quæ tradit Bar. in l. 1. n. 13.

Item adde, si vnus ex condominis fuerit iniuriatus per subditum suum, non poterit cognoscere de iniuria sibi illata, sed condominus cognoscat; Innocent. Ioann. Andr. & alij in capitulo dilectus, de pen. & Innocentius in capitulo ex parte, de verborum significatione, & Bartolus in l. qui iurisdictioni, columna final. versiculo, sed nunquid, ff. de iurisd. omn. iud.

Item adde, quod si sunt duo Domini, quorum vnus habeat ciuilem, alius criminales iurisdictionem in aliquo castro & Officialis habens ciuilem deliquerit, quod poterit puniri per Officialem habentem criminalem iurisdictionem, si non delinquat in officio in concernentibus officium, vt per Capiçium decisione vigesima septima, numero decimo, & sequi. Baiard.

d Bartolus in lege inter tutores. Adde Capiçium decisione vigesima septima, numero nono, eundem Felnyum in capitulo quæ in Ecclesiarium, collatione vigesima octaua, & ibi in Additione, extra de constitutione. Contrarium, quod imò ab alio condomino puniri possit, tenuit Rota in dicto titulo de foro competenti, decisione tertia, in antiquitat. Drogh.

e Super territorio Placentino. Adde infra quæstion. 71. versicul. Quæro modo, quæstion. 83. in principio, & hoc modo euenit, quod exculatio a tãto, non exculat a toto, vt est infra

infra q. 60. vers. Quæro nunquid infra. Drogh.

f Item quæro. Contrarium tenet Conradus tit. de mado ad homic. nu. 12. & tit. de inquisitiõne, nu. 16. videlicet, quod etiam in loco mandati, & Boss. vt infra, Decian. d. c. 17. num. 7. & 8. Farin. vol. 5. q. 135. par. 3. num. 148. Bald. conf. 311. vbi etiam alia consilia diuersorum. & conf. 313. lib. 4. contraria. Ros.

Item quæro, nunquid mandans in loco mandati poena extraordinaria puniri debet secundum Imol. in l. si vt proponatur, ff. de fideiuss. quæ refert, & sequitur Bero q. 89. & per ea, quæ ibi traduntur, potest dici, quod quando mandatũ est de per se punibile, vt in c. 1. de homicid. in 6. & in cri. læsæ maiest. & rapt. virg. debet puniri poena ordinaria. Baiar.

g Dicit tamen Bald. Adde, quod hanc doctrinã Bald. sequitur Angel. in gloss. & Sempronij mandatorẽ q. 20. nu. 41. & ibi August. de Arimin. Capyc. decis. 122. num. 7. & Boss. in tit. de for. num. 109. vbi plene huiusmodi quæstionem tractauit, & ibi attestatur ita determinatũ fuisse in senatu, quia licet sit idem factũ, tamen ditterse oriuntur obligationes, nec vna accedit alteri Baiard.

h Subditus huic Ducatus. Boss. de foro compet. nu. 109. & 110. Ros. i Sed pone. Far. tit. de inquisitiõ. vol. 1. q. 7. nu. 50. & Decia. d. c. nu. 13. Ros.

K Vidi aliquando dubitari. Adde, quod tractatus debet puniri a iudice territorij, in quo fuit factus, quãdo tractatus in iure esset punibilis, vt in casu c. 1. de homicid. in 6. in crim. læsæ maiest. & in cri. raptus, & in alijs similib. casib. secus verò si tractatus nõ esset punibilis, Bero. q. 84. & ibi in fin. dicit, quod tractans, & mandans crimẽ inter se differunt, & quomodo tractatus debet committendo maleficio probetur, vide Mascard. de probat. cõcl. 1386. Baiar.

l Tractatus facti. Ad

ff. ad mun. Et ita perfectõ processu fuit damnatus ad triremes perpetuo, 11. Maij 1570. P. N. Vide, quæ dixi sup. q. 35. vers. Quæro modo.

Quæro, nunquid in foro penitentiali quis sortitur forum ratione delicti. Respon. quod non: & ita tenent communiter Doct. vt dicit Abb. in c. 1. nu. 1. de raptorib. quem refert Rochus de consuetud. relatus per Didac. præct. q. 11. nu. 4. & Duennas reg. 378. in 1. limitatione. Et ideo licet quis delinquat extra locum, in quo habet domicilium, tenetur tamen peccata sua confiteri sacerdoti, in cuius parochia tenet habitationem.

Item quæro, nunquid mandans fieri aliquod delictum, sit puniendus in loco, in quo fuit datum mandatũ, an autẽ in loco, vbi securum est delictum. Resp. quod debet puniri in loco, in quo delictum fuit consummatum, non autem in loco, vbi mandatũ. Et hæc est communis opin. vt dicit Abb. in d. c. si num. 27. de foro compet. quem refert Probus in c. inquisitores, nu. 5. in fi. de hæret. in 6. Præct. Conradi, fol. 251. in princ. Marian. in d. c. postulatũ, num. 5. de foro compet. & in c. 1. nu. 15. de raptoribus, Lancel. Dec. in l. heres absens, §. apud Labeonem, ff. de iudic. quem refert Duennas in d. reg. 378. in 3. amplia. & Plaza lib. 1. delict. c. 15. num. 17. Remig. de immunit. ecclesiãrũ fol. 116. in 5. fallentia, post nu. 3. Et ratio est, quia mandans nõ tenetur ex mandato, sed ex delicto propter mandatũ secuto, vt dixi infra, q. 89. vers. scias autem. Dicit tamen Bald. in l. non ideo minus, in fin. C. de accus. quod si mandans, & mandatarius conueniantur coram diuersis iudicibus, non possunt petere se mitti ad eundem iudicem: subditus in facti conningentia ita fuisse iudicatum: quod nota, quia apud nos forte contrariũ seruetur in practica, si vterq. iudex esset subditus huic Ducatu.

Sed pone, quod aliquis commiserit homicidium Florentiæ, vt redderet securum ali-

quem Senensem, qui Senensis postea Senis rati, cauit dictũ homicidium; nunquid talis Senensis rati ficans erit puniendus Florentia, & sic in loco commissi homicidij, an autem Senis, & sic in loco, in quo secuta est rati ficatio? Respon. quod debet puniri Florentia, commissum fuit homicidium, & est communis opin. vt attestatur Marian. in d. c. postulatũ, num. 5. vers. circa tertiam. Faciunt, quæ dixi sup. vers. Item quæro.

Vidi aliquando dubitari, nunquid ille, qui non est subditus ratione originis, neq. domicilij, possit puniri occasione tractatus facti de commitendo aliquo maleficio extra territorium. Et post multa tandem decisum fuit per Senatũ, quod sic, in causa cuiusdam Cat. all. 20. Decembris 1552. Et hoc licet maleficio fuit commissum extra ducatu, neque ipse esset iurisdictioni nostræ suppositus. Quod Nota quia cũ sit decisio Senatus, seruanda este pro lege in hac prouincia. Reperio tamẽ quod idem Senatus in causa cuiusdam Guidonis Bõbasij, qui molestabatur occasione tractatus facti in dominio de committendo homicidium, quod commiserat postea extra dominũ, vsus est in linare in sententiã, quod ex quo ipse deinde commisit homicidium quod tractatu fuerat, non poterat pro tractatu in hoc dominio puniri, 30. August. 1560. licet ego contrarium de iure sentiam, per ea quæ in terminis consulẽdo dixit Bologn. in cõf. 8. in 2. dubitatione vbi valde elegãter loquitur.

Item pone, quod aliquis existens in vno territorio emit sagittam, cum qua percussit, vel exonerat archibusũ, cum quo interficiat aliquem existentem in alio territorio: quis erit iudex huiusmodi delicti? Resp. quod poterit puniri in vtroque territorio, & inter ipsos iudices vtriusque territorij erit locus preuentiõnis & ita communiter concluditur, vt bicit Abbas in d. cap. fin. num. 25. de foro compet. quem refert Præct. Con-

uert, quod testis, qui deponit de tractatu, non probat actus consummati. Item, multa enim tractantur, quæ nõ perficiuntur, & multa dicuntur, quæ non sunt, per Dec. conf. 488. nu. 10. & conf. 199. num. 3. conf. 404. nu. 11. & 463. numer. 11. & per Alexan. conf. 28. num. 3. vol. 2. Giach. Quia cũ sit decisio senatus. Adde de sententijs Senatus Mediolani in fr. q. 78. ver. Quæro si bona, circa med. sup. in §. sodomia, ver. fin. in fin. ac alibi sæpè. Est autem auctoritas Senatus conformis iuri communi, nec distonat ab eo, vt est text. in l. Iulianus, ad fi. ff. de leg. 2. quicquid in contrarium videatur dispositum per literas Regias anno preterito 1581. vt dixi sup. q. 4. vers. Quando verò inaximè cũ per tales literas, & ordines non sit expresse de rogatum prerogatiue idẽ Senatus tribuit, de qua in d. q. 78. vers. Sed quæro, ad fin. vel quid de iure seruari debeat in hoc casu à Claro formatõ, vide Ioann. de Madijs inter consilia criminalia dicitur forum, conf. 60. per totũ, part. 1. Drogh.

Quia cũ sit decisio senatus. Thefaut. in præfat. decis. num. 32. Ros. In hac prouincia. Vt legitur, atque no. in l. si C. de legibus. Giach. Licet ego. Far. d. q. 7. num. 49. Ros. Itẽ pone. Quis autẽ erit iudex in casu contingenti, quod aliquis alium vulneret in vno territorio, & postea eundẽ prosequẽdo in alio territorio occidat, & quõ reus ab altero iudicũ condẽnandus, vide Alex. cõf. 75. ad fi. lib. 3. Bal. in sua Practica, tit. Quis occiderit circa sententiam, quæst. 7. no. 6. Drogh.

Itẽ pone quod aliquis. Adde, quod si quis in vno territorio insultauerit, & in alio vulnerauerit, siue occiderit, poterit puniri p iudices vtriusq. territorij de insultu per iudicem territorij, in quo insultauit, per alium de vulnerib. siue homicidio, quia insultus, & vulne-

Hh 3 ra,